Triplex namque perfectio describitur. Est enim perfectio secundum tempus et est perfectio secundum naturam et est universalis perfectio. Secundum tempus perfectio est quod habet unumquodque quod tempus requirit et quod secundum tempus habere. Et hoc modo angeli erant perfecti ante confirmationem vel lapsum. Secundum naturam perfectum est quod habet quidquid debitum est ut expediat naturae sue ad glorificationem. Et hoc modo perfecti fuerunt angeli post confirmationem et erunt sancti post resurrectionem. Universalis autem perfectio est cui nichil boni deest et a quo universa proveniunt bona quod est solius Dei. Prima igitur perfectio est nature conditionis, secunda nature glorificate, tertia nature increate. Quales fuerint angeli in creatione ostensum est, boni scilicet et non mali et insipientes vel innocentes et perfecti quodammodo. Alio vero modo imperfecti beati vero non fuerunt, usque ad confirmationem, id est beatitudo comparatione vero tam dictum est ille status conditionis quam beatitatis in quo conditi sunt. De conversione et confirmatione stantium et aversione et lapsu cadentium

Post hec considerandum adhuc videtur quales effecti sint angeli dum diviserint a conversione et confirmatione post creationem. Namque in ipsa quidem conversi sunt ad creatorem suum. Quidam autem conversi ad Deum sunt et caritate adhererent, alii odio habendo vel invidere. Invidie namque mater est superbia qua voluerunt se parificare Deo. In conversione quam in speculo eternitatis ... Dei

sapientia qua illuminati sunt cum si non creati sunt et illi qui conversi sunt et illuminati a Deo cui apposita est illi non sunt creati in non ... conversione malitie sed desertione gratie a qua destituti sunt non. Ita quod prius datum subtraheretur sed quod nunc appositum non contenderetur. Hi vero conversio et aversio quia conversi sunt quia non boni erant ut sunt illi... propter illud bonum per iustitiam bonum, alii illo corrupto per culpam mali. Conversio iustos fecit et aversio iniustos. Utrique fuit voluntatis et voluntas utrimque libertatis. Textus

De libero arbitrio quod habuerunt antequam caderent.

Habebant enim omnes liberum arbitrium quod est libera potestas et habilitas voluntatis rationalis. Poterant enim voluntate eligere quodlibet et ratione iudicare id est discernere. In quibus constat liberum arbitrium. Nec tamen sunt volentes coacti non conditi sed habiles ad volendum hoc vel illud et post creationem spontanea voluntate alii elegerunt malum, alii bonum et ita distinxit Deus lucem a tenebris sicut dicit Scriptura, id est angelos bonos a malis et hinc appellavit diem, tenebras vero noctem quia bonos angelos gratia sua illuminavit, malos vero excecavit. Post creationem aliquid datum est stantibus per quod converterentur nunc vero aliquo scilicet gratia cooperante

Hic autem queritur utrum post creationem conversis aliquid collatum sit per quod converterentur id est diligerent Deum de cuius opere eis collata gratiam receperunt sine qua non poterant perfecte ... tamen ad nichil ... Et adhuc enim ...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_326/0171

MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG